

BIBL. DE L'UNIVERSITÉ



THÈSES

ANCIENNES

DU

XVII^E SIÈCLE

2



LA VRIILLIERE (Balthazar PHELYPEAUX DE).....Philosophie	9 août 1657	II 227
LE BAS DE GLATIGNY (Paul- Philippe).Philosophie	8 sept. 1661	II 152 ,et II 152bis.
LE BLAIS DU QUESNAY (Louis)Philosophie	<u>3 nov.</u> 1662	II 153
LE BOUTHILLIER (François)...Théologie	<u>13 fév.</u> 1662	II 154 ,et II 154bis.
LE BOUTHILLIER DE CHAVIGNY (Gaston-Jean-Baptiste)...Philosophie	8 juill. 1656	II 155
LE BRUN (Henri).....Philosophie	28 juill. 1659	II 156
LE CAMUS (André).....Philosophie	6 août 1660	II 157
LE CAMUS (Etienne).....Théologie	28 nov. 1656	II 158
LE CHAPÉLIER (Georges).....Théologie	18 févr. 1662	II 159
LE DOULX (Florent).....Théologie	<u>8 mai</u> 1656	II 160
LE FILLEUL (Claude).....Philosophie	10 août 1660	II 161
LE FRANC (Aegidius).....Philosophie	<u>5 septembre</u> 1660	II 162
LE GAIGNEULX (Jacques).....Théologie	7 janv. 1662	II 163
LE GOBIEN (Guillaume).....Théologie	2 oct. 1657	II 164
LE GRAS (Frère Bernard)....Théologie	12 févr. 1657	II 165
LE GRAS (Frère Bernard)....Théologie	29 nov. 1657	II 166
LE HOUX (Jean).....Philosophie	18 août 1658	II 167
LE MOYNE (Alphonse).....Théologie	17 avri. 1663	II 168
LE NORMAND (Fr. Guillaume)...Théologie	<u>10 jan.</u> 1662	II 169 ,et II 169bis.
LE PETIT (Nicolas).....Théologie	9 mai 1659	II 170
LE PICART (François).....Théologie	25 janv. 1652	II 171
LE ROUGE (Charles).....Théologie	13 avr. 1667	II 172
LE ROUX DE NEUVILLE (Pierre)Théologie	15 mai 1659	II 173
LE SAUVAGE (René).....Théologie	26 sept. 1657	II 174
LE TELLIER (François).....Philosophie	21 août 1661	II 175
LE VERRIER (René).....Théologie	26 juillet 1652	II 176
LELEU (Joannes-Baptista)...Théologie	<u>29 sept.</u> 1667	II 177
LEMPEREUR (F. Claude).....Théologie	<u>7 juin</u> 1669	II 178
LEMPEREUR (Henri).....Philosophie	10 juill. 1661	II 179
LENOIR (Pierre).....Philosophie	6 août 1662	II 180 ,et 180bis.
LECTAUD (Charles).....Théologie	23 mai 1664	II 181
LIONNE (Louis-Hugues de)...Philosophie	2 juill. 1662	II 182
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Philosophie	16 juill. 16..?	II 183
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Théologie	14 janv. 1664	II 184
LOTTEAUX (Louis).....Théologie	19 sept. 1669	II 185
LOUBERES (F. Prosper).....Théologie	5 août 1669	II 186
LOUVERES (F. Pierre).....Philosophie	2 août 1665	II 187
LOYS (F. Jérôme).....Théologie	9 févr. 1662	II 188
MACQUEHE (Nicolas).....Philosophie	12 juill. 1670	II 189
MAILLARD DE LA BOISSIERE (Jean)....Philosophie	10 août 1662	II 190

MAILLET (Pamphile).....Théologie	5 déc. 1661	II 191
MALETESTE (Jean).....Théologie	<u>11 avr.</u> 1663	II 192
MALITOURNE (Jacques).....Philosophie	10 août 1665	II 193
MALLET (Nicolas).....Théologie	15 oct. 1663	II 194
MARGUERY (Nicolas).....Philosophie	30 juill. 1651	II 195
MARILLAC (André de).....Philosophie	10 août 1659	II 196 ,et II 197
MARILLAC (René de).....Philosophie	3 août 1659	II 198
MARNE (F. Georges).....Philosophie	29 mai 1662	II 199
MAUGER (Laurent).....Philosophie	8 juill. 1663	II 200
MAURAGE (Pierre).....Théologie	3 sept. 1669	II 201
MELICQUE (Nicolas).....Philosophie	8 août 1660	II 202
MELUN DE MAUPERTUIS (Mathieu de).Théologie	<u>8 août</u> 1660	II 203
MERAULT (Pierre).....Philosophie	7 juillet 1658	II 204
MEUR (Vincent).....Théologie	4 juin 1661	II 205
MICHAU (Jean).....Théologie	29 mars 1662	II 206 ,et II 206bis)
MICHON (Michel).....Philosophie	2 oct. 1662	II 207
MINGUET (F. Charles).....Philosophie	5 juillet 1652	II 208
MOLE (Louis).....Philosophie	28 août 1661	II 209
MONCHY D'HOCQUINCOURT (Gabriel de)..Philosophie	22 août 1660.	II 210
MONTEIL DE GRIGNAN (Gabriel-Adheimar)....Théologie	4 janv. 1662	II 211
MOREL (Zacharie).....Philosophie	<u>16 août</u> 1671	II 212
MORIN (Henri).....Théologie	23 janv. 1660	II 213
MORROGH (Pierre).....Droit canon	<u>16 avr.</u> 1669	II 214
MOUSSEAUX (Pierre).....Théologie	17 mars 1668	II 215
NATTIN (Jean).....Théologie	<u>14 nov.</u> 1669	II 216
NOÛT (Anne).....Théologie	21 mai 1663	II 217
O MOLONY (Mathieu).....Droit canon	28 mai 1664	II 218 ,et II 218bis.
PAIOT DE LIMERMONT (Séraphin)..Philosophie	26 août 1661	II 219
PALLEVOYSIN DE LAROCHE- DU-MAINE (François)....Théologie	30 déc. 1655	II 220 ,et II 220bis.
PAPELANT (Jacques).....Droit canon	11 août 1661	II 221
PAUROT (Charles).....Philosophie	28 juill. 1660	II 222
PERCHERON DE LESPINE (Balthazar).....Théologie	28 juin 1657	II 223
PERCIN DE MONTGAILLARD (Pierre-Jean-François de).Théologie	5 févr. 1656	II 226
PERIER (Antoine).....Théologie	9 sept. 1662	II 224
PERRIN (Guillaume).....Théologie	24 janv. 1651	II 225
PICQUES (Bernard).....Théologie	5 mai 1663	II 228
PICQUES (Louis).....Philosophie	1er juill. 1657	II 229
PIETRE (Paul-Claude).....Philosophie	14 sept. 1662	II 230
PIN (Jean).....Philosophie	29 juin 1665	II 231
PIOT (Jean).....Théologie	<u>23 fév.</u> 1662	II 232
PISTEL (Laurent).....Philosophie	16 juill. 1662	II 233

POITEVIN (Armand).....Philosophie	25 juill. 1648	II 234
PONCET (Michel).....Philosophie	11 juill. 1660	II 235
POREY DU PARCQ (René).....Philosophie	28 juill. 1661	II 236
POTIER (Jean).....Théologie	22 févr. 1662	II 237
POULIN (François).....Philosophie	15 juill. 1663	II 238
PURCELL (John).....Philosophie	4 juin 1666	II 239 ,et II 239a,b,cvet d.
REGNARD (Jean).....Philosophie	8 juill. 1662	II 240
REGNAUD (Julien).....Philosophie	...juin 1658	II 241
REGNAUD (Julien).....Théologie	10 nov. 1661	II 242
REGNAUD (Julien).....Théologie	<u>30 août</u> 1664	II 243
RESTAURAND (F. André).....Théologie	<u>11 oct.</u> 1655	II 244
ROBERT (Jean).....Droit canon	<u>30 déc.</u> 1665	II 245
ROSTIN (Michel de).....Théologie	28 févr. 1656	II 246
ROSTIN (Michel de).....Théologie	1er fév. 1661	II 247 ,et II 247bis.
ROUSSEAU (Jean).....Philosophie	7 juill. 1668	II 248
ROYNETTE (Simon).....Théologie	18 avr. 1662	II 249
SANTEUL (Pierre de).....Théologie	12 juill. 1661	II 250 ,et II 250bis.
SARRAZIN (Jean-Baptiste)...Philosophie	29 juin 1662	II 251 ,et II 251bis.
SAUSSOY (Jean).....Théologie	9 nov. 1646	II 252
SAVIGNAC (Louis de).....Théologie	<u>4 janv.</u> 1670	II 253
SELLIER (Claude).....Théologie	<u>13 févr.</u> 1662	II 254
SENAUX (Bertrand de).....Théologie	<u>23 fév.</u> 1662	II 255
SEVERT (Antoine-François)..Théologie	20 mars 1668	II 256
SEVIN (Michel).....Théologie	8 févr. 1668	II 257
SEVIN DE HAUTERIVE (Thomas)Théologie	17 jan. 1654	II 258 ,et II 258bis.
SIMENEL (Pierre).....Théologie	1er fév. 1662	II 259 ,et II 259bis, ter et quater.
STAPLETON (Edmond).....Philosophie	24 juin 1668	II 260
SUZE (Anne-Tristan de).....Philosophie	25 juill. 16..	II 261
TAMPONNET (Antoine).....Théologie	11 févr. 1664	II 262 ,et II 262bis.
TANOAIN (Julien de).....Théologie	<u>8 févr.</u> 1661	II 263
TERRAT (Gaston-Jean-Baptiste)Philosophie	27 juill. 1661	II 264
VAILLANT (Antoine).....Philosophie	5 août 1657	II 265
VALEELLE (Louis-Alphonse de)Théologie	7 nov. 1664	II 266
VANIER (Claude).....Philosophie	?.....	II 267
VERDUN (Claude).....Philosophie	10 août 1659	II 268
VIC (Médéric de).....Théologie	<u>31 déc.</u> 1664	II 269
VREVIN (Antoine de).....Théologie	20 avr. 1657	II 270

--000000--





APVD Deum Opt. Max. à quo tanquam ex sacro & inexhausto fonte cætera res creata emanant suumque esse & vitam mutuata sunt: vnde sicut riui ad fontem, ita creati effectus ad noticiam supremi rerum conditoris deducere nos possunt; siquidem tam expressa suæ originis retinuerunt vestigia, ut facile in ipsis eius existentia deprehendatur, eamque ratio demonstret, nec ullus sui possit omnino ignorare auctoris perfectiones quas in effectibus multis & variis modis diuisas ac dispersas, ipse collectas tenet in simplicissima naturæ suæ entitate: hæc omnem prorsus excludit compositionem, adeo ut vix eam ratio cum fundamento possit inducere; multò minus ipsum ex partibus corpore constat & compa- cum concipiat, nec nisi per summum errorem varias figuras quas scriptura Deo tribuit dum se rudiorum accommodat infirmitati, propriè & in stricto verborum sensu diuinæ adscribat maiestati. Pinguior est igitur & crassior Antropomorphitarum sententia, mihi que videntur liberaliores quam per esset, qui illis Tertullianum veluti antesignanum aut patronum concedunt. Iam vero non tantum moles corporea à Deo remouenda est, sed in eodem distinctionem subiecti & accidentis, essentia & existentia, suppositi & naturæ verus & orthodoxus non admittit Theologus.

SVMME bonus est, imò nemo bonus nisi solus Deus: est essentialiter summa bonitas, à quâ tanquam ex immenso perfectionum omnium pelago omnis creata bonitas deriuatur: supremas eiusdem perfectiones vllis limitibus circumscribi prohibet infinitas, nec ipsius substantiam vllis locis coerceri patitur immensitas, per quam redditur præsens rebus omnibus, ipsique quodammodo commensuratur beneficio virtualis extensionis, quam non impedit indiuisibilis omnino diuinæ naturæ entitas: hanc substantialem in locis præsentiam diuinam operatio formaliter non facit, sed supponit & efficaciter probat. Porro non tam rebus continetur quam eadem continet immensus conditor, à nullo exclusus loco, in nullo inclusus; siquidem est extra Cælos non tantum potestate sed etiam actu: nec quæras eam ob causam spatia vltamundana in quibus longè lateque diffundatur; ijs non indiget ille qui sibi & mundus est & locus. Non tantum spatiis sed etiam temporibus omnibus præsens est, quibus in perpetuo fluxu positus ipse per suam æternitatem permanenter coexistit, finique omnia perpetuò fluere & præterlabi fons vitæ immutabilis. Has perfectiones ipsi soli proprias cum nullo alio ente partitur nec partiri potest: quapropter non nisi per summam insaniam multitudinem deorum in orbem inuecta est.

VNICVS est igitur rex sæculorum immortalis & inuisibilis, vnde oculis corporeis ipsum conspiciere ne quæras: quantacumque enim perspicaciâ & vigore etiam diuinitus addito polleant ad spirituale lumen intueundum periturs cœcuerint. Mentem para, quæ ad intuitum Dei visionem aliquando affurget ut diuina scriptura euidenter promittit, credit fides, ratio non demonstrat. In argumento efficaci ad hanc veritatem probandam excogitando diu defudauit Scotus, sed nullum hactenus protulit quo necessariò beatitudinis supernaturalis possibilitatem concludat, frustra que hac in re subtile exercuit ingenium. Non felicius eam ex appetitu naturali euincere suscipies, nobis enim ad visionem Dei in particulari natura propensionem non indidit: non est illa tam audax vt ad id quod eius facultatem excedit præsumat aspirare; vnde cum beatitudo sit Dei munus non naturæ beneficium, ad hanc consequendam homo à Deo destinari potest non nasci, vtque eam naturaliter non possidet ita nec appetit. Confecto dissidio hac in re Scotus pugnat cum sancto Thomâ qui si expendatur accuratè, nusquam admisisse appetitum talem innatum ad visionem Dei intuitum deprehenditur, sicut nec illam esse intellectui creato impossibilem & sanctis denegandam, contendisse Chrysostomus.

TANTVM beneficium nobis in hac vitâ minimè sperandum est, pronuntiauit enim Deus ipse, nemo videbit me & viuere: nullus hominum exceptus legitur, vnde frustra nonnulli contendunt Moyse & Paulo dum hinc viuere. Tarent hanc visionem concessam fuisse singulari priuilegio: nullum enim est sufficiens argumentum cur à lege communi eximantur: quantominus vel Augustinus etsi præstantissimus doctorum vel Benedictus quantumvis monasticifundator & parens. Hæc felicitas quam omnino negamus in hac vitâ datam vel expectandam, iustis quibus nihil expiandum supererit, non differetur post mortem; ubi terrena habitatio dissoluta fuerit, cælestis è vestigio obtinebitur; nimirum in sinu Dei suam suorumque ardores restingunt sancti, ponentque os spirituale ad fontem vitæ pro auiditate suâ semper felices, si cum Augustino loqui fas est, quem hac in re nihil contra fidem docuisse propugnamus. Itaque non ad mille annos referuabit Deus mercedem sanctorum vt olim tradiderunt millenarij, nec tempus vltimi iudicii exspectabitur sicut sentiunt hæretici, sed statim post laborem bonis operariis iustus Dominus præmium rependet. Huic sententiæ, quam vniuersa nunc sequitur Ecclesia, nec quidquam contrarium definiuit Ioannes vigesimus secundus nec sensit Bernardus.

DVM venerit quod perfectum est euacuabitur quod ex parte est: videbimus Deum facie ad faciem nullo iam creaturæ imperfectioris speculo, nullo fidei obscurioris ænigmate interiecto: procul hinc quælibet obiectiua diuinitatis similitudo; verum species expressa in hac diuinæ essentia visione admittenda est, nec interlectionis creatæ hunc denegare terminum possis, si quid sit intellectio ipse intelligis. Speciem impressam dari etiam posse non absurde affirmaueris, quamquam illam inutilem reddit summa diuinæ maiestatis claritas & præsentia, quæ nec purior per speciem nec præsentior reddi possit. Interim dum ex parte obiecti præstantissimi nihil desideres, facultatis creatæ imbecillitas robur exigit, quo ad sustinendum diuinæ essentia splendorem firmetur & fulciatur. Fabula est quippe & commentum hominum superbe insanientium, beatificam visionem naturæ viribus posse comparari. Delirauit id Aëtius, impudenter idem iactarunt recentiores hæretici, sed hos omnes tum antiquiores Patres tum etiam concilium Viennense proscripserunt. In illo concilio stabilita est luminis gloriæ necessitas. An vero ad hanc actionem eliciendam per modum actus an per modum habitus concurreret, non videtur expressè fuisse definitum: Sententia nihilominus quæ habituale lumen exigit non solum rationi sed etiam concilij decreto conformior est.

ACTIO quidem intellectus habitum luminis gloriæ desiderat, illum tamen absolutam Dei potentia facili negotio supplere potest per vberiorum concursum & solum auxilium actuale; quid enim diuinæ omnipotentia denegandum, aut cur illam ad modum agendi connaturaliorem coarctas? Nihilominus ne quidem diuinitus dari posse creaturam quæ proprijs & ingentis viribus Dei visionem consequi valeat vel vt quid sibi debitum exigat, non dubitamus affirmare maximè præuijs sanctis Patribus, qui solum Deum naturâ suâ sanctum & impeccabilem agnouerunt; horum hac in re auctoritati magis deferimus quam rationi, quam si solam audire fas esset, eos ne quidem limites diuinæ omnipotentia præscriberemus, vel certe libenter verteremus in problema. Quod naturæ igitur dignitas & excellentia non largitur, id gratia & meritorum beneficio obtinebitur, ita vt pro eorumdem diuersitate, futura sit diuersa merces & visio inæqualis; quid enim sapientissimi iudicis æquitari magis congruit quam vt pro militum suorum labore & industria præstantiores dispenset palmas, & in eo gloriæ suæ diuitias ostendat, dum non vnum ipsi fide multiplex varijque generis suppedit præmium: vnde facile intelligimus quam merito Iouiniani sententiam orthodoxi Doctores exproferint.

HVIVS inæqualitatis causa moralis nulla alia est quam merita: physicam pariter non aliam agnoscimus quam lumen gloriæ: procul hinc maior intellectus & naturæ præstantia, non est id opus naturalis industria, nec creati intellectus maiorem seruabunt in hac actione eliciendâ solertiam & in ijs nequidem specificum quantum ad hoc supererit discrimen: erigant animos iusti, & potius sanctitatis acquirendæ curam habeant, quam excolendi ingenij, huius non pensabit dignitas, sola pietas expendetur, pro cuius ardore luminis gloriæ splendor augebitur & clarior concedetur Dei cognitio; nusquam illa erit tanta vt beati Deum comprehendant, angustior est enim creati intellectus capacitas quam vt illimitatam capere & adæquare possit entis infiniti naturam; vt autem comprehendere non potest quod est immensum, non potest videri vt in se est ens simplex & vnum quin concedas omnia quæ sunt in eo formaliter, simul conspici: hinc repugnat beatos diuinam essentiam intueri absque attributis, vel attributa absolutam sine personis: quantum autem ad res creatas spectat, eas cognoscunt quæ ad ipsorum statum pertinent, plures vel pauciores iuxta variam cuiusque sortem, illarum tamen adæquatam non habent noticiam sicut nec omnium possibilem; vt enim Dei virtus comprehendere non potest, sic nec possunt intelligi omnia ad quæ extenditur.

SEIPSVM itaque solus comprehendit qui incomprehensibilis est cogitatu: hinc nobis ineffabilis est, nec proprium eius nomen potest assignari, ipse solus illud nouit qui seipsum quantus est cognoscit, & omnes thesauros sapientiæ & scientia continet; nulla res tam abstrusa est quæ ipsum lateat, nulla tam minuta quæ eius fugiat intuitum, nulla tam incerta de qua certò non pronuntiet, nihil denique futurum quod quasi præsens non adspiciat: & quidem res possibile cognoscit in suâ essentia tanquam in causâ; existentes verò siue extituras optime tum in decreto tum in determinatâ earum veritate perspicit. Eius perspicax obtutus non solum in omnes cordis recessus & latebras fertur sed etiam ad ea obiecta quæ nunquam existent, existenter tamen si aliqua conditio poneretur. Eius scientia nihilominus adæquate diuiditur à sancto Thoma in scientiam simplicis intelligentia & scientiam visionis; illa res possibile respicit, hæc vero existentes vel futuras, quæ Deo non sunt realiter præsentis in æternitate; enimverò quæ nondum existunt in seipsis, qua ratione realiter æternitati coexistent? Libertas in Deo cum immutabilitate consistit, nec eius voluntas quamuis immutabilis rebus volitis necessitatem imponit; ergo diuini decreti immutabilitas nec nobis nec ipsi libertatem eripit.

MISERICORS est & iustus: Rebus omnibus prouidet sed diuersimodè; rebus ratione carentibus finem dumtaxat naturalem præfixit, rationales vero creaturas destinauit ad finem supernaturalem, mediaque ad eum consequendum congrua præparauit eadem prouidentia quæ & catenus dicitur prædestinatio. Optime illa definitur ab Augustino, præscientia ac preparatio beneficiorum Dei quibus certissime liberantur quicumque liberantur: non fit præscientia operum quæ antè hanc vitam gesserimus, vel in hac vitâ antè gratiam; Iam verò an prædestinatio ad gloriam supponat præscientiam meritorum quæ ex gratiâ deriuentur, an verò eorumdem præuisionem antecedit tanquam omnium bonorum operum fons & origo, res nobis est valde obscura & vtrinque probabilis. Numerus interea prædestinatorum ita certus est vt nec augeri possit nec minui, licet à nobis definiri non possit. Nobis verò certum est in Deo reprobationem non fieri nisi ex demeritorum præuisione; qui enim peruerfam vitam egerint eam ob causam excluduntur à gloriâ & panis addicentur æternis; illic mortis horrendæ tenebris conspecti & à Deo separati perpetuò contabescunt, veluti radij præcisi à sole, rami auiis ab arbore, & rui præcisi ab eo, *Apud quem est fons vitæ.*

Hæc Thesis, Deo Duce, & Præside Illustrissimo ac S. M. N. HENRICO DE LA MOTHE Rhedonensi Episcopo, Tueri conabitur FRANCISCVS LE BOYTHILLIER, Abbas de Chavigny, Die Lunæ 13^a Februarij, Anno Domini M. DC. LXII. A meridie ad Vesperum.

IN SORBONA.

PRO TENTATIVA.